



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118634**

§. 81. Castillionæi Cardinalis exauctorati interitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](#)

offendere minime decet, cum ambo Sæcul. XVI.  
 præclara admodum obsequia regno præ- A.C. 1571.  
 stiterint, res igitur mature ponderanda  
 venit, quam priusquam ad hæc extre-  
 ma procedatur IV. Denique Rex con-  
 sentire videtur, ut Valleria arx resti-  
 tuatur. Hoc responso contenti rediere  
 Deputati, atque Navarræ Reginam, ejus  
 Filium, & Colinum Maris Præfectum  
 de Regis animo ad pacem propenso cer-  
 tiores reddiderunt.

## §. LXXXI.

*Castillionæi Cardinalis exauditorati  
 interitus.*

Hoc item anno Domini millesimo Ciacon. p.  
 quingentesimo septuagesimo primo 527.  
 die quarta Februarii Odetus Colinius His. Aubi-  
 Castillionæus antea S. R. Ecclesiæ Car- gne l. 4. c. 14.  
 cardinalis, Tolosanus Archipræsul, Bel- Aubery des  
 lovacensis Comes, & Episcopus, pluri- Cardin.  
 busque aliis Abbatii auctus infelicem  
 animam evomuit Homptoniæ prope  
 Cantuariam in Anglia, quo illum auf-  
 fugisse superius memoravimus. Hic  
 Colinius Archithalassi frater perfide fi-  
 dem Catholicam ejuravit, seque sacri-  
 legiis nuptiis polluens summa pertina-  
 cia Calvinistarum sectam defendit, cum-  
 que in Anglia moraretur, Franciæ Re-  
 gis jussu de Elisabethæ Reginæ matri-  
 monio cum Henrico Andegavensi Duce  
 in-

Sæcul. XVI. ineundo egerat: cum vero hæc Regina  
A.C. 1571. dolis, ac artibus plena esset, Castillio-  
næum unice optati successus spe laetabat,  
simul tamen studiose grandia suscitabat  
obstacula, præcipue exinde petita, quod  
præfatus Dux Religionem Catholicam  
profiteretur.

## §. LXXXII.

*Actum de matrimonio inter Anglia  
Reginam, & Andegavensem Du-  
cem ineundo.*

*Thu. l. c.  
Duchesse hift  
Angl. l. 21.  
p. 1692.  
Leti vie d'  
Ellise t. I.  
p. 471.*

Tandem post frequentes sollicitatio-  
nes, & colloquia Elisabetha, quam-  
vis Gallos nonnisi inani spe distinere  
quæreret, scriptum quoddam his con-  
ceptum verbis tradi consentit. I. Si  
Andegavensis Dux Reginam ad suum  
Sacellum procedentem comitari, nec  
non Anglicanæ Ecclesiæ præcepta au-  
dire paratus sit, idque interposita fide  
promittat, tunc Elisabetha consentit,  
ut nec Dux, nec ejus domestici contra  
suam conscientiam ad amplectendam  
Religionem Anglicanam compellantur,  
donec de ejus veritate ipsimet persuasi-  
forent. II. Nec Dux, nec ejus Domesti-  
ci, de quorum numero postea agetur,  
ob rituum Ecclesiasticorum observan-  
tiā molestentur, etiamsi hi diversi sint  
a ritibus per Regni leges approbatis,

dum-